

FRANC.

HOTOMANI  
IVRISCONSVL.  
COMMENTARIVS

IN

*Duos Digestorum tractatus obscurissimos:  
Quib. non est permiss. sac. test.*

¶

*De Liberis & Postum.*

EX SCHOLIS VALENTINIS.

ET MORI, NON

DVRARE



PERIRE.

LVGDVNI,

APVD CLAVDIVM SENNETONIVM.

1565.

FRANC. HOTOMANI  
IVRISCONS. COMMENTA-

RIVS IN TIT. PANDECTARVM

Qui testamenta facere possunt,  
& quemadmodum testa-  
menta fiant.

Lex I.

MODESTINVS *Libro secundo Pandectarum.*

TESTAMENTVM est voluntatis nostrae iusta  
sententia de eo quod quis post mortem suam fieri  
velit.

COMMENTARIUS.



VSTA SENTENTIA.  
Α' πρὸς δέξιν homo Græcus di-  
cere voluit. melius Enun-  
ciationem dixisset: multo  
melius Testationem: vt Vl-  
pianus cap. Instit. xx, Testa-  
mentum est iusta contesta-  
tio. Testamentum enim ex potiore sui parte de-  
finitur, censetur, ac denominatur. potio-  
rem autem partem esse non decretum, seu dispositio-  
nem testatoris: sed ipsam testium contestatio-  
nem à testatore factam vel ex eo patet, quod Vl-

a 2

pianus



DE LIBERIS. ET  
 POSTVMIS HE-  
 REDIBVS INSTI-  
 tuendis vel exheredā-  
 dis. TIT. II.

Lex I.

VLPIANVS *Libro primo ad Sabinum.*

*Argumentum.*

Nominatim exheredari etiam dicitur, qui vel nomine, vel prænomine, vel cognomine tantum appellatus est.

*Quid sit nominatim exheredari videamus. nomen, & pronomen, & cognomen eius dicendū est, an sufficit vel unum ex his? & constat sufficere.*

COMMENTARIVS.



*Vid sit Nominatim.* Antecedebat scilicet Sabini sententia, ex præscripto. l. inter cetera, 30, D. de lib. & postum. nimirum, Testamenti caput esse, vt Filiifa. vel heredes instituuntur, vel nominatim exheredentur. Cuius positionis ratio hæc est. Nā cum rei paternæ, quasi suæ, heredes l. x i i. tab. designati sint: iure civili, hoc est à Iuriscons. constitutum fuit, vt eorum præteritione